

Urkundenbuch der Reichsabtei Hersfeld. Erster Band (Ed. Weirich) Nr. 8

Carolus gratia dei rex Francorum et Langobardorum nec non et patritius Romanorum. Quicquid enim ad locis sanctorum venerabilium congruenter ab amore dei concedimus vel confirmamus, hoc nobis ad laudem vel stabilitatem regni nostri et procerum nostrorum in dei nomine pertinere confidimus. Idcirco donamus ad monasterio Haerulfesfelt, qui est constructus in honore beatorum sanctorum Symonis et Tatheï, ubi vir venerabilis Lollo episcopus rector preesse videtur, donatumque in perpetuum esse volumus, hoc est illa decima de terraturio et silva ex fisco nostro qui vocatur Milinga super fluvium Wisera partibus orientalis; similiter donamus ad ipso sancto loco alia decima ex alio fisco nostro qui vocatur Dannistath in pago Altgawi. Quicquid de territoriis et silvis in decimis ad ipsos fiscos superius nominatos aspicere videtur, ad iam fato monasterio donavimus vel ad die presente tradedimus atque in omnibus indultum esse volumus, ea vero ratione, ut ab hac die ipsa casa dei vel venerabilis vir Lollo episcopus et successoris sui ipsa decima de territoriis et silvis ex iam dictis fisco nostris habeant, teneant atque possedeant vel quicquid exinde facere elegerint, pro oportunitate ecclesie ipsius vel stipendia monachorum ibidem consistentium liberam perfruantur arbitrii, quatenus delectit ipsa congregatione pro nos et uxore nostra etiam et prolis domini misericordia attentius exorari. Et ut hec auctoritas firmior habeatur vel per tempora melius conservetur, manu propria subter firmavimus et de anulo nostro sigillare iussimus. Signum Caroli gloriosissimi regis . Rado advicem Hitherii scripsi et Rado subscripsi. Datum III nonas agustas anno VII regni nostri; actum Dura pallatio publico; feliciter.